Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

promptorio delectabatur. Hic igitur
habens solidos .v. quos sollicite cu-
stodiuit ut moriens distribue-
re posset clericis et pro spiritus cura ob-
sequium funeris ipsius occupan-
dis. Cumque hic indissentent et sim-
pliciter more fatui faceret, quidam
clericus astutus cupiens ei predictos
nummos eripere hoc modo. Qua-
dam die cum fatuus ille sapi-
ens solus in ecclesia more soli-
to staret ad orationem, iste cle-
ricus retro altare posito, in abdito
loco cepit eum vocare nomine
suo, et rudit. Quis es tu qui lo-
queris ad me. Et ille. Ego sum
inquit sanctus Sy. qui venio ad visitan-
dum te. Accede ergo ad altare.
et tolle celestem refectionem quam
tibi attuli. Cumque appropinquasset
repperit collerida placenta cum
vasculo meri, quam statim accipiens
comedit et bibit. Quo facto cleri-
cus iterum dixit. Ecce annuntio tibi
karissime quod septimo die morieris
et venies ad me. Vade ergo et af-
fer eam in super hanc aram ut
vita tua in bono opere consum-
metur et etiam merces tibi tribuatur.
Quo audito continuo abiit
et obtulit .v. solidos illos,
et super altare reliquit. Sicque
egressus de oratorio, cepit omnibus
divulgare quod ei sanctus Sy. lo-
cutus fuisset et diem sui obitus
intimasset. Cum vero universi audi-
entes ista moverentur ad risum,
cumque qui fatuum deriderent. et ab
aliquo delusum dicerent, ille nichilo-
minus affirmabat beatum Sy.
secum fuisse locutum, se seque veraci-
ter die .vii. moriturum. Hoc
autem plangebat quod in denariis
oblacione expensis, iam pre-
cium non habebat. Unde clerici venu-
nandi erant qui ei exequias et psal-
teria legerent. Post paucos
itaque dies febre correptus
lecto decubuit et die .vii. quem-
ad modum ei dictus nescius
prophetaverat in sancta confessione
spiritum reddidit. **De quodam**
priore ab eo plagato. lxxxix.

Legitur quod dum in quadam ecclesia
que dicitur sancta Crux. sub
tecta sancte Marie de carita-
te, in diu beati .A. nova hysto-
ria cantaret, fratres priore ut eam
cantare liceret instanter exo-
rabant. Qui nullatenus acquiescens
dixit, incongruum esse pristinum mo-
rem novitatibus immutare. Cum-
que adhuc fratres instanter petere-
ret, ille indignatus respondit. Re-
cedite fratres numquam a me li-
centia concedetur ut nova cantica
in mea ecclesia immo ioculatoria
cantentur. Ad veniente vero